fingit deus  
mutabilis.

Homerus  
ob varitatē  
morū & ver  
sutiā.

Ab artifitia  
libus & na  
turalibus.

Non nulla ingenium solers accōmoda fingeat.  
Vt speculum in medio grande, patensq; foro.  
Quod veluti innumerā spēs hīc inde receptat  
Sic animū expositū multa parerga replent  
Aut chalybē admotis magnetib; vndiq; tractū,  
Aut sphēram, in plāno, quæ sita stare nequit  
Aut vitrum referens, subdīs quēcūq; colorē:  
Ingenio quot vis talia finge tuo.

ab historijs Profer ab historia insignes leuitate pelasgos.  
& alijs Lubrica Pœnorū subiçienda fides.  
amaxobios Nescit Amaxobius stabilē scytha ponere sedē.  
qdplanistris Creditus Hanibal est, & Catilina leuis.  
huc & illuc Omnis Aristippum, decuit color: atq; Tigelli,  
vehatur. Aequale huic Flacco nil quia teste fuit.  
Personas adhibet tales Comœdia multas:  
Sostrata nam talis, Phædria talis erat.  
Ex tragicis itidem venient, alijsq; poetis,  
Narcissus, Dido, Cochica, Phædra, Biblis.  
Rusticus Aesopī, Satyro mirante, calorem  
Ex vno, & frigus protinus ore dabat.  
Deide paremias Panagea Diana, Cothurn  
Venti, campus, hydrus, talia mille quadrant.  
Vt, saxum musco spoliatur sæpe volutum,  
Trāplantata frequēs crescere planta neqt.  
Sedit (apophthegma est) sellis Cicero ipse dua  
Dicebatq; aliud stans, aliudq; sedens. (bus  
Didus

Dictus, vt icōstās, Mars ἀλλοπέρος ελλος Homero Id ē alī' atq;  
Vir solum hic constans in leuitate sua est. alī' idētidē  
Cortice hic est leuior, mutat quadrata rotūdīs q; nunchis  
Nolo volo, volo nolo. Est leuior stipula.  
nūc illis fac  
Verba poetarū sunt hæc, iam cernis (opinor) ueat.  
Quanta sit excussis Copia certa librīs.  
In numēro ponenda pari est sententia, siue  
Prīsa sit, euentu siue creata nouo.  
Omnībus ijs porro sua si contraria, nec non  
Finitima adiungas. Vix numerabis opes.  
Et cum tam uarius cuiusq; sit vsus, oportet  
Sermonem vt dītent quomodo cunq; tuum.  
Nam per dissimile usurpas contraria, dicens  
Hic nunquam peccat: cui mala sæpe fides.  
Perq; Ironiam si nomine Socrates illum  
Appellem: multum qui leuitatis habet.  
Aut etiam interdum contraria comparo: sicut  
Tam facilis Cæsar, q; Cato durus erat.  
Finitima haud ægre torquentur, vt ambitioso  
Tecum habita dico: dico perinde leui.  
Quin eadem possunt vice probri dicere laudē,  
Vt varium īgenio præpete laudo virum.  
Quodq; penū propriū tulit incōstantia nupē:  
Huc promo: absimili cum ratione tamen.  
Est sapientis enim pro tempore vertere mentē  
Ingenij vtendo dexteritate vafri.

Euripo

Euripo versatilior: versutior ille est.  
 Pulypode: & flammas mobilitate præit.  
 Tuitior vt calamus ventos se flectit ad omneis  
 Plurimus est rebus mobilitatis honor.  
 Nanq; aīal quo mobilius, præstatiū ipsum est:  
 Rerum mobilitas, nobilitasq; pares.  
 Ecce loco moles terrena quiescit in īmo,  
 Altior est sedes mobilioris aquæ.  
 Mobilior super hanc aer, super aera, & ignis.  
 At cœlum summe mobile summa tenet.  
 Inde sophis hoīs mēns, ignis, & aura vocatur:  
 Tardus & ignauus, plumbeus, atq; lapis.  
 De reliquis itidem: Constantia nanq; vicissim  
 Dat cumulo instabilem vituperare suo.  
**De partiu** His obiter dictis addamus paucula: quonam  
**rhetoricarū** Ditari sermo fœnore possit adhuc.  
**multiplica** Sex dant rhetorici quas vult oratio parteis,  
 tione. Orantisq; triplex officium esse volunt.  
**Sexptesora** Orsus, narro, seco, confirmo, refuto, peroro.  
 tionis. Ut doceam, oblectem, permoueatq; forum.  
**Officia. iiij.** Cui grata ē breuitas: aliquas de partib. aufert,  
 oratoris. Contrahit aut cunctas, s̄epe docere sat est.  
 Si magis arridet nitido mihi copia vultu:  
 Omnibus officium partibus omne dabo.  
 Vnāquanh; locis proprijs exaugeo partem,  
 Quinetiam parteis partibus accomulo.

Quippe

Quippe exordiolis passim solertibus vtor.  
 Ut studium auditor det renouatus idem.  
 Transiō docilem retinet: promissa, precesq;  
 Attentum: exposita stat ratione fauor.  
 Spargi argumentis interdum exordia possunt,  
 Tollere dum, qd' obest, res, locus, hora monet.  
 Mirifice augetur narratio: quando decorus  
 Personis varijs schemate sermo datur.  
 Talia personis affingunt verba poetæ,  
 Historiciq; graues. Lector & inde stupet.  
 Sic genitor genitrixq; senes, vt scribit Homer,  
 Hectora deterrent: dum ferus arma rapit.  
 Argumenta capit narratio quælibet, atq;  
 Quoslibet affectus. Vnde per ampla venit.  
 Crescit adhuc repetita tamē: quæ denuo dicta  
 Fundit, vt inuidas, aut miserere, magis.  
 Nec minus auget eam Digressio: siue moueris: petita.  
 Siue in plausibiles expatiare locos.  
 Augetur protasis: quoties pro simplice: quæ sat  
 Vna foret duplēcē, multiplicemue fero.  
 Pro ridet peccans: nihil isto nequius, vt qui  
 Non solum peccat, sed putat esse iocum.  
 Crescit & inspersis affectibus: atq; vibratis  
 Cursim argumentis: ne temere adde tamen.  
 Cōueniēt: si qua numero, expono' ue gradatim  
 Ut siquidem moneo turpe canere scelus.

Exordia plu  
ra.  
 Narrationis  
locupleta/  
tio.

Naratio ex  
plicatiū re  
petita.  
 Egressio in/  
narratiōe di  
latando.  
 popositiōis  
dilatatio.

E Ah

Ah miser, ah quid agas vigili circuſpice cura:  
 Quanta heu damna tibi parturit ista lues.  
 Primū fama tibi ac generi: quæ ſemp honesta  
 Fluxerat, in ſumnum dedecus omnisabit.  
 Eumenidum inde cohors ſeuiflora nocte, dieq;  
 Vret Orestea conſcia corda face.  
 Deniq; iura graues penas, læſiq; reponſent.  
 Sint nihil hæc: ligiae te manet vnda pyræ.  
 Sic poteram dixiſſe: caue, nam fama peribit  
 Conſcia mens anget, ſupliciumq; dabis.  
 Cum poſſem rurſus decuplo rē tendere traclu:  
 Duco ſatis, pronam ſi tibi monſtro viam.  
 Præmollire Dura nimis protasis prima ſi fronte videtur.  
 dura & para Scito exordioſlo prælita, mollis erit.  
 doxa. Ut peccata volens æqualia cuncta probare:  
 Dic quantum obtineat Stoica ſecta decus.  
 Ignari q; multa vocent absurdas: ſed iſdem,  
 Certius audita nil ratione putent.  
 Quis Solem terra non deieret, eſſe minorem,  
 Terdecies ratio cum ſuperare probet.  
 pbatiois lo Ergo tenax vulgi tantisper opinio cedat  
 cupletatio p Dum res diſſeritur: quam didicisse iuuet.  
 asſeuereatio Iam ſupra quibus eſt ditanda probatio formas  
 ne, & pla be Dixinis: Accipies in ſuper hasce duas.  
 factationen Aſſero nōnunq;, vt, Quis tā peruerſus & effrōs  
 ſeuppationē Vt neget hæc: cæcum poſſe videre reor.

Præparo

Præparo nōnunq; labefacta q; reddo, vel aptas  
 Perprotasis, ſermo de quibus ante fuīt.  
 (Nā protasis cuiuscq; modo eſt collectio partis,  
 Quam propono, probo, fortius ac repeto.)  
 Vel ſpecie dum proposita eſt oratio tali,  
 Abroget ut tacite conciliet ueſtis.  
 Anterefutandum nobis quod pelliſimus hostis  
 Clamitat, indignum luce Milona frui.  
 Nanq; malū ac hostis nomen, ſubiecta q; tollit.  
 Ironia fidem. Mox docet eſſe ſecus.  
 Dítanda eſt etiam collectio ſingula ſummis  
 Post ratiocinum particulare datis.  
 Res ita reſtrictas ſequitur conſluſio fortis,  
 Id quod ab effuso fit Cicerone frequens.  
 Amplior ut ſit adhuc, excurre, locofq; per oēis  
 Affectu tracta, quotquot a b arte tenes.  
 Affectū immodicū tragicus, placidūq; ministrat  
 Comicus, eſt græcis θeos hic, ille πάθος  
 Inter & affectus ſit dilectatio mixta.  
 Siue perorabis, ſeu locus aptus erit.  
 Tradit Aristoteles, iucundū cuiq; quid extet,  
 Tullius & Fabius, quid iocus, atq; lepos.  
 Comicus affectus narrando eſt aptior, vt qui  
 Res oculis offert, percipiturq; magis.  
 Inde eſt, q; Flacco recte morata, rudisq;  
 Fabulæ, compositos præminet, arte ſonos.  
 Per ipſam ſi  
 guram oſo  
 Locus Tullij  
 variatis ali  
 qntū verbis  
 Locupleta  
 tio ſingula  
 rū cōcluſio  
 nū p epilo  
 gos particu  
 lares.  
 Delectatio.  
 vis affectuū

E ij Inde

Homeri loꝝ Inde est, Mæoniden satias qꝫ nulla legendi est:  
Exemplo ex vno quod tibi faxo palam.  
Cum semel armatus portis erumperet Hector:  
Suspectū Andromache vul cohibere gradū.  
Ocyus occurrit famulis comitata puellis:  
Et puerum gestans Astyanacta sinu.  
Filius ille patri percharus, & vnicus: atqꝫ  
Pulchellus totus, sideris instar, erat.  
Arridet genito viso pater: illaꝫ dextram  
Porrigit: & proprio nomine blanda vocat.  
Colloqo vt d'cuit facto, caput admouet Hector  
Figeret vt teneris oscula sueta genis.  
Arma corusca puer christamqꝫ pauescit equinā  
Clamat, nutricis flectitur inqꝫ sinum.  
Ridet vterqꝫ parens: galeā pater ipse reuulsam  
Ponit humī: a mplexum prolis & inde petit.  
Huic & fausta precans vxori reddit amicæ  
Quem beneolente premēs suscipit illa sinu.  
Et lacrimabile quid ridens: cōmotus at Hector  
Et miserans, tremulam fulcit vtraqꝫ manu.  
Nomine compellat solans: galeam inde reponit  
Illa viro paret, se recipitqꝫ domum.  
Moxqꝫ domus fietu muliebri tota repletur,  
De plorant viuum: quem periisse timent.  
Vt Cice. nar Hinc liquet, affectus vt amat narratio mixtos,  
rat Milone Presertim gestus si quoqꝫ fictus adest.

Præte

Sæpe fidem insinuant etiam narrata, qbus res  
Non eget, vt speciem simplicitatis habet  
Præterea oblectat solers allusio: verum  
Cum pauci capiant, est adhibenda loco,  
Sunt aliæ, vnde etiam gratus fit sermo, figuræ,  
Quas tibi rhetorica prestat ab arte peti.  
Hæc modo sufficient, finem faciamus: at vnu  
Admoneo lector te studiose, prius.  
Non nulli breuitas si forte Laconica cordi est  
Atticus imprimis hoc velit esse modo.  
Præfertur nihil: affectus nec misceat vllos:  
Sed rem sūmatim, simpliciterqꝫ sonet.  
Præcipuis tantum argumentis gaudeat, & nō  
Explicitis: numero sint quasi verba pari.  
Sit docuisse satis, non asserat, amplificetue.  
Sint simile, exemplum, fabula quæqꝫ procul.  
Non epiphonema, aut sententia, vel iocus adsit,  
Allususue, nisi tale quid esset opus.  
Sermonem illustrē reddens, amplumqꝫ vel acrē  
Iucuudum'ue, habeat nulla figura locum.  
Rem verbis alijs, alijsqꝫ haud tracte eandē  
Immo minus dicat, plus queat vnde capi.  
At vero facunda magis cui copia grata est,  
Dilatet positis singula dicta modis.  
Sed caueat ne dum fines affecta vterqꝫ,  
Finitum in vitiū more frequente cadat.

E iiiij Pauca,

a Senatu dī  
missū domū  
redisse, calce  
os, et vestimē  
ta mutasse,  
dum se vxor  
cōparat, cō  
moratū esse  
vide Fabiū  
Allusiones.  
De breuilo  
quentia.  
In his cōtine  
tur oīum di  
ctorū epilo  
gus.  
De asseuera  
tione.


tivebreilo: Paucā, sed optima dīc, heus tu breuitatis amā-  
 quentiam. Ornatumq; grauē ppria verba gerant. (tor  
 Simplicitas aderit, nēsis obscurus. Ero (inqs)  
 Frigidus, affectus dum mihi nullus adest.  
 Suppleat hūc dignis rebus aculeus ortus  
 Infixusq; animis. Atticus atq; lepos.  
 Postremo caueas ne dum breuiora capessis,  
 Præterea, quod erat cunctq; necesse loqui.  
 Copiæ amator aget contra. Rēs, verba, figuræ  
 Deliget, ac ratio nulla futura leuis.  
 Non hebes exemplum, sententia frigida, iusto  
 Longior excursus, tempore & absq; suo.  
 Nequa figura nimis durū affectetur in usum,  
 Confusum turbet plurima iuncta nihil.  
 Ordinis ergo tibi ratio sit summa tuendī.  
 Tædia iucundæ res, variæq; leuent.  
 Per nitidas dices varia & iocunda figuræ,  
 Qua moueas risum Tullius arte docet.  
 Cūm teneant etiam varias exordia formas,  
 Et reliquæ partes ante parasse decet.  
 Verum nemo locos fœcundos censeat omneis,  
 Vincq; exaugendi semper inesse parem.  
 Quos natura facit steriles, trāsmittere præstat:  
 Ingenij vires ni libet exerere.  
 Ex musca hic fatias elephatū, vt laudib; est, q;  
 modotractā Caluitium, febrim, stultitiamq; vehat.

Ast

Ast vbi seria res agitur non absq; periclo,  
 Ex causæ statuas vtilitate modum.

da, & loci iti  
 de singuli.

**FINIS.**



CAPTHONII PROGYNAS.  
MATA.  
CHRIA. XPEIA.



Hria est cōmemoratio breuis, a  
licuius personae factum, vel dic-  
tum apte referēs. Dicta autem  
est quod sit vtilis. Et Chriarum  
aliæ verbales sunt, aliæ actiuæ,  
aliæ mixtæ. Verbales sunt, quæ vtilitatem ora-  
tione demonstrant, Vt, Plato dixit, virtutis ra-  
mos, è laboribus atq; sudoribus produci. Actiuæ  
sunt, quæ actionem aut factum solum recē-  
sent, vt Pythagoras interrogatus, quāta nam  
esset hominū vita, Cum per tēporis breuius  
spacium se cōspiciendum exhibuisset, latebras  
petijt, humanæ mēsuram ex momētaneo cō-  
pectu designans. Mixtæ, quæ ex vtrisq; cōflatæ  
sunt, oratione & actione, vt Diogenes cum vi-  
disset adolescētulum lasciuientem ac indeco-  
regerētem, pedagogum illius baculo percus-  
sit, superaddens, quid talia doces aut sic instru-  
is? Chriam vero conficies hisce capitibus, atq;  
tractabis à

Laudatio,

Paraphrastico,

Causa,

Parabola,

Exemplo,

Testimonio veterum,

Con-

Contrario, Breui Epilogo.  
EXEMPLVM VERBALIS CHRIE.

Argumentum.

I Socrates doctrinæ radicem amaram esse dice-  
bat, fructus vero dulces.

ΕΓΚΩΜΙΑΣΤΙΚΟΝ.

MERITO Laudandus est Isocrates, prop A laudabili-  
ter eximiam dicendi facultatē, qua sibi nomen  
clarissimum comparauit, & quāta vis eloquē-  
tiæ esset, ipsam exercendo demonstrauit, eāq; illustrē fecit, non ipse ab illa illustratus. Qui-  
bus autem vel reges admonens, vel instituens  
priuatos, bene de hominū vita meruit, longū  
esset recēdere. Verum quod de eruditione pro-  
tulit, haud ab refuerit commemorare.

ΠΑΡΑΦΡΑΣΤΙΚΟΝ.

Amator, inquit, eruditionis, a laboribus auf Expositio-  
picatur, sed laboribus desinentibus in vtilita-  
tem, quod quam philosophice dictū ab eo sit,  
hinc licet perspicere.

ΤΟ ΤΗΣ ΑΙΤΙΑΣ.

Qui enim bonarum artium amore capiun-  
tur, hi sane cum professoribus, ac ducibus stu-  
diorum conuersantur, ad quos accedere, vt for-  
midulosnm est, ita relinquere stultissimum. Et  
pueri quidem nunquam metu vacat, & cum ad  
sunt

A causa.

## APHTHONII.

sunt præceptores, & cum venturos expectant. Succedunt præceptoribus paedagogi, visu terribiles, sed cum verberibus sœuiunt formidabiliores. Qui etiam priusquam verberent timentur. Metum punitio subsequitur, dum omnia puero rum errata vindicat, & recte facta, opera virtutis, tanquam adea nati sint, exactissime requiruntur. Iam vero paedagogis ipsis sunt molestiores asperioresq; patres in deambulationes, atq; vias in quirentes, & vetantes in publicū egredi, forum ipsum habentes suspectū. Quod si opus fuerit in filios animaduertere, ita excadescunt, vt naturæ obliuiscatur, nec se parētes esse meminerint, verum huiusmodi rebus exercitatus puer, cum invirum euaserit, merita coronatur virtute.

## EKTOR ENANTIOY.

A cōtrario. At qui veritus ista, fugerit magistros, deuitorit parētes, & paedagogos fuerit auersatus, prorsum eruditionis expers, scientia priuabitur. Nam metum declinans, simul cum ipso doctrinam relinquet. Hæc igitur omnia Isocratem sentire persuaserunt. Eruditionis radicem amaram esse.

## ΠΑΡΑΒΟΛΗ.

Nam quemadmodum agricolæ summo cum labore

## PROGYNASMATA.

bore terræ semina mādāt, fructus vero maiore cū voluptate colligūt, ita q; ad studia accinguntur, sibi laboris multi comitē gloriam cōparāt.

## ΠΑΡΑΔΙΓΜΑ.

Respice Demosthenis vitam, qui vt oratorum omnium laboriosissimus, ita clarissimus eus sit, qui fuit adeo studijs intentus, vt comannatiuum capitis ornamantum, exeundi potestatem sibi præripiendo, detonderet, ratus id pulcherrimum decus, quod a virtute protulisset. Quæ igitur alij profundunt ad voluptates, illæ continuis lucubrationibus impendit.

## ΜΑΡΤΥΡΙΑ ΠΑΛΑΙΩΝ.

Id circo præclare hoc (vt omnia) Hesiodus ait, Aspera esse ad virtutē viā, cacumē vero molle. Nā idem quod Isocrates ptulit. Hesiodus enim viam, Isocrates autē radicem appellauit, diuersis verbis eadē vterq; sententiam demonstrantes.

## ΕΡΙΛΟΓΟΣ.

Quæ si recte cōsiderabimur, meritis laudib; Epilogus, euehemus Isocratem, vt qui sapiēter de eruditio ne conscripserit optima.

## CHRIAE ACTIVAE EXEM

plum iuxta præscriptos Aphthonij Locos tractatum, studio exercendi.

## ARGV

Ab exēplo.

A testimoniō veterū.

## APHTONII

### ARGUMENTVM.

Cum patrem videret mortuum Ioseph, flēs  
ruit super faciem eius, & deosculatus est eum,  
Genesis.l.

#### AB ENCOMIO FACIENTIS OXORDIUM.

Quis non laudibus condignis euehere studeat, factū hoc egregium viri sanctissimi Ioseph, quo præclarum eximiae pietatis specimē exhibuit, atq; virtutis exéplū, nō oretenus, sed pleno charitatis opere defunctū parētē psecutus

#### AB EXPOSITIONE.

Cum benedixisset nepotibus suis Jacob ægrotus, ac imposuisset finem mādatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, diemq; suum obiit. Quod cernens Ioseph, corruit super defuncti parentis charissimi vultum, ac mortuum defleuit. Quo facto vir piissimus admonuit nos, vt nobis charos, vita defunctos lugeamus, non tamen vt Ethnici, nullam spem habentes.

#### AC AVSA.

Quippe hanc vīm non solum hominib; sed & iam feris indidit ac ingenuit diuina potestas, vt dissolutionem naturæ perhorrescant, ac ipsa relinquenda luce moueāt, & dicesu a suis angnatur.

## PROGYMNASMATA.

angantur. Quis igitur tam ferreus, quem non a cerba charissimorum suorum funera prouocent ad luctum.

#### A CONTRARIO.

Quod si corda prauorū hominū tāgit luctus, hoc est, ægritudo ex eorum, qui chari fuerunt, in teritu acerbo: quis iniquum duxerit, si boni viri, qui iuxta proverbum, lacrimabiles sunt, charissimorum suorum funera fleuerint. Etsi populus olīm in deserto nimis luxit impios, qui murmurauerant, & insurrexerant contra Deum dominum, cur fuerit a pijs alienum, piorum funeralia chrymis prosequi.

#### A SIMILI.

Quemadmodum corpora nostra doloribus ad ficiuntur, si membrū aliquod fuerit resectum, ita non iniuria mōrōre conficiuntur atq; luctu, qui dulcissimam aliquā familiā suā atq; generis partem amiserunt, hoc est, patrem, aut amicum, qui fuerit alter ipse, & eadē (vt Pythagoras inquit) anima.

#### AB EXEMPLO.

Quis Prophetæ Samueli vitio vertit, qd' mortuum Saul regem defleuerit? Quis regem Davidem reprehendit, quod plixerit filiū Ammō, et

Boni viri la  
chrymabi  
les sūt puer.

## APHTHONII

et eiularit in morte filij Absolon? Quis denique  
vniuerso Iudaico & israelitico populo succen  
suit, quod in duro Iosiae casu fuerit lamentatus?

## A TESTIMONIO

veterum.

Et diuinarū literarum monumēta nos instituūt  
& adhortantur, ne desimus plorantibus, sed cum  
lugentibus ambulemus. Et docent lōge melius  
esse, in domum luctus ire, quam ad domum con  
uiuij, quod in illa finis cunctorum admoneat ho  
minum, & viuēs cogitet quid futurū sit. Vnde  
cum abner a Ioab esset interemptus, dixit Rex  
Dauid ad omnem populum. Scindite vestimē  
ta vēstra, & accingemini fāccis, & plangite ante  
exequias Abner, in Hebron.

## AB EPILOGO BREVI.

Recte igitur Joseph supra defuncti parentis  
faciem ruens, planxit eum, & quod imitemur,  
nobis omnibus proposuit egregium veræ piez  
tatis exemplum.

## LOCVS COMVNIS,

KOINOS TOPOΣ.

Locus

## PROGYMNASMATA.



Ocus communis, est oratio, bona aut  
mala, quae alicui insunt augmentans.  
Dicitus autē est cōmunis, quod omni  
bus, que eius rei, de qua agit, participes  
sunt, cōmuniter cōueniat, atque cōgruat. Ora  
tio enim imp̄ditorem omnibus in cōmune pro  
ditioni obnoxij aptatur. Deuterologīa, id est, i. secundæ o  
argumētatiōi iam peractæ, & epilogi similis est rationi.  
Quare locus cōmunis nō habet procēsiōm. At  
tamē iuniorū exercēdorū caussa, quādam proce  
mī formā licebit singere, cui subdere capita, p  
mum ex cōtrario. Hinc rei expositionem, nō tā  
quā doceas, res enim nota est, sed ut auditorem  
incites, aut exasperes. Post hāc afferes cōparatio  
nē, qua ex collatione, id de quo agit, in maius ex  
tollas. Postmodum collocabis sententiam, vel  
mentem, caput sic vocatum, exprobrans, aut ca  
lumnians agentis intentionem. Deinde cōiec  
turali digressione vitam præteritam, in crimi  
num suscipiōem deuocabis, deinde misericor  
diæ exclusiōem. Infine autem huius præexer  
citationis, pones capita finalia.

Legitimum,

Iustum,

Vtile,

Possibile,

Honestum,

Euenturum.

EXEM

APHTHONII  
EXEMPLVM LOCI COMMVNIS  
contra tirannidis affectatorem.

PROOEMIUM PRIMVM.

Quemadmodum legibus constitutum est, ipsaq; apud nos iudicia censuerunt, legibus poenas luatis, cuius scelere leges nullæ fuerant amplius permansuræ. Quod si præsentí liberatus supplicio, foret æquabiliorum sese præbiturus, aut vitam popularem ducturus, illi forsitan aliquis poenam remittere posset. Quum vero elapsus in præsentia, sit longeuius Lentior euasus, iniustum certe fuerit, delicto condonari.

SECVNDI PROOEMII.

Forma.

Ex aliorum absolutione reorum, nō magnum fortasse iudicibus periculum fuerit emersurum. Verum si tyrānus abierit impunitus, certum est ad ipsos iudices præcipuum discrimen deuolutum iri, quos cum ipsis legibus è medio tollent, potientes rerum tiranni.

A CONTRARIO.

Videmini autem mihi iudices, in eius solum, quod in præsentia est, contemplatione mētem habere defixam, virtutis, seueritatisq; maiorum nostrorum oblii, quorum iustius erat reputare,

PROGYNASMA T A.

re, animo que proponere sentētiā, qui nobis velut maximū, in cōparabileq; munus, Rēmp. omni dominatione vacuam, solutamq; reliquerunt. Optime quidem illi, atq; rectissime. Quādo enim fortuna ipsa varietatesua inconstātem se, diuersamq; hominibus præbet. Proinde metes quoque hominum ad recte, secusq; agēdum multiplici flexu trahuntur. Hinc inæqualitatē fortunæ, legū æqualitatē opposuerūt īstituerūq; Répub. velut vnā ciuium omnīū sentētiā facientes, ut fortunam nunc premētem res cuiusque, nūc extollentem legum cōstātia æquaret, essetq; in ciuitatibus lex, correctio malorū, quæ fortuna patrasset.

AB EXPOSITIONE.

Cuius iste, aut immemor, aut cōtemptor potius scelestissimo secū cōsilio īstituit, vt Rem publicam deleret, taliaq; secū disserebat. Quorsum hoc ergo per Deos immortales? Supra om̄nis positus, omnibus me patiar æquari? Frustaq; permitto cumulare diuitias mihi fortunā, si eadem quæ vulgus faciam, eadem feram? & collecti pauperes iudicant, quodq; multis videt, id mihi tanquam lex obseruandum erit? Quousq; ergo hæc? Quis modus erit, aut horū quæ

F liberatio?

## APHTHONII

liberatio? Occupabo arcem, & pessime perituras loge abigam leges, eroq; reliquis ego lex potius, quam reliqui mihi. Hæc ipse secū reuoluebat, nōdū vero votorū suorū finē asscutus, obstitit enim benevolentia Deorum. Quid ergo nō iniquissimū est, si pperea, quæ frustra conatus est, summā Dijs gratiam debemus, pp̄ter eadem hæc hunc hodie conseruari?

## A COMPARATIONE.

Sceleratus est homicida, sceleratior tamē multo Tyrānus. Ille enim vnum quisq; is fuerit, permittit hic vero totas conuelli ciuitatis fortunas. Quāto ergo minus est, parū offendere, aut vnū necare, quā omneis occidere, tāto minus est homicidæ malū, quam atrox Tyrannī crimen.

## A SENTENTIA.

In alijs autē rei euenit plerūq;, vt tametī grauissima admiserint, pñtem eximāt delicto, aī oq; defendant. Solus autem Tyrānus fiduciā nō habet, vt inuitum se dicere queat, tātū scelus fusce pisse. Itaq; si iuitus tyrānidem fuisset aggressus esset fortasse ratio aliqua huius ipsum cōatus absoluere. Verū cum ante rem attētatā ipse multū secum diuq; deliberauerit, quomodo iustū cuiq; videbitur, culpa carere ipsum, quia ante opera,

mente

## PROGYMNASTA.

mente quoque factus est Tyrannus.

## A DIGRESSIONE IN CONJECTURALEM causam.

Alij ergo, quicunq; in ius vocantur rei, præsentis solum criminis rationem reposcuntur, & propter prioris vitæ recte facta sèpius absoluuntur, præsentibusq; delictis ignoscuntur. Solus vero Tyrannus vtriusq; temporis iuditium subeat oportet. Liquet enim quam immodeste atque immoderate vitam præteritam, & quam crudeliter præsentem exegerit ipse. Itaq; vtrorūq; det poenas, & eorum quæ ante, & eorū quæ præsenti sceleris conatu deliquit.

## ¶ Ab exclusione ericordiæ.

Libet autem videre cuius preces præsenti ipsum discrimini sint excepturæ. Liberi nēpe? Verū cū suplicatē vobis, flētesq; illos videbitis, pñtate vobis assistere leges, quarum vos respectu moueri multo rectius est, quā liberorum ipsius. Illos enim speratæ dominationis fuerat relictus hæredes, leges vero, quod iudicandi, decernendiq; de ipso potestatem habetis, præstant. Itaq; per quas quod iudices estis, vobis datur, pñ eis iustius fuerit vos sententiam ferre.

## A LEGITIMO.

F ij Si

## APHTHONII

Si enim recte leges iubent eos, qui patriam in libertatem afferunt, honoribus afficiendos esse, necessario relinquitur, eos, qui in seruitutem redigere conantur, esse puniendos.

## AVSTO.

Iustum autem est, ut tantum vobis det poenarum quantum ipse sceleris admisit.

## AB VTI.

Quod si Tyrannus occubuerit, id magno vobis usui futurum est. Quoniam firma præstructio confirmandi leges erit.

## A FACILI ET POSSIBILI.

Facile autem & expeditum erit, de ipso sumere suppiciū. Neque enim quemadmodum ipse ad asserendam tyrannidem satellitibus, ita vos ad opprimendū ipsum auxilijs opus habetis. Sed sufficiet (iudices) sola vestra sententia, cuius cū a Repub. ius, potestatemque acceperitis, pulcherrimum quoque erit, pro Reip. salute ipsam experiri.

## AB EVENTVRO, CON-

clusio.

Qua facili cognitione totam hanc præsentem tyrannidis potestatem auferetis.

## LAVS.

## PROGYMNASMATA.

LAVS. Εγκαθιδρ.

Laus est Oratio, bona alicuius enumerans.

Personæ, ut Thucydides, aut Demosthenes.

Res, ut iustitia, aut tempes-  
rantia.

Laudandæ  
vero sunt

Tempora, ut ver, æstas.

Loci, ut portus, horti.

Ratione carentia animalia,  
ut equus, aut bos.

Plantæ, ut vitis, aut oliua.

Laudamus vero & cōmuniter, & singulatim. Cōmuniter, ut omnes simul Athenienses. Singulatim, ut, Atheniensem unū aliqueni. Hæc vero diuīsio est laudis.

Dispones autem ipsam hoc pacto: Primum procœmion pro qualitate rei pones.

Gentem,  
Deinde subiçies genitivum, Patriam,  
nus, quod diuidit in Maiores,  
Patres.

Institutio-  
Post educationem expli-  
cabis, quæ continetur ne.

Arte,  
Legibus.

F iiiij Hinc

## APHTHONII

Hic subdes præcipuum  
laudum omnium ca-  
put, res gestas, quasdi-  
uides in ea quæ sunt

Animi, vt quæ fortis-  
tudinis sunt, quæ  
prudentiae.

Corporis, vt pulchri-  
tudinem, velocis-  
tatem, robur.

Fortunæ, principia-  
tum, potentia, di-  
uitias, amicos.

Addes deinde comparationem, qua id quod  
laudatur, alteri collatum tollatur in maius. Pos-  
tremo epilogo, qui precationi similiorsit, con-  
cludes.

## EXEMPLVM.

### LAUDATIO THUCYDIDIS.

Thucydidis  
laus.

Aequum est eos, qui utilia nobis ad inuenire,  
suis ipsorum inuictis ornare, laudibus prosequi,  
& quod ab illis est proditum, ijsdem quoque ceu-  
autoribus cum gratia reponere, acceptumq; re-  
ferre Non igit iniuria Thucydides oratione mihi  
celebradus est, qui ipsius plurimum attulit or-  
nameti. Omnes enim de vlla humarū rerū par-  
te bene meritos decet venererit Thucydidē vero  
eo magis, qd' pulcherrimo omniū illustrādo, cu-  
rā suā impēdit. Neq; enim qcquā eloquētia pul-

chrius,

## PROGYMNASMATA.

chrius, Neq; Thucydide quenquam benedicēdi  
gloria præstantiorem inuenire est.

### A PATRIA.

Nactus Thucydides eā est pātriam, quæ & vi-  
ta pariter sibi, & eruditōne præberet. Neq; enī  
in alio loco natus est, quā vnde omnis benedicē-  
di ratio pfluxit, originēq; vītæ sortitus athenis.

### A MAIORIBVS.

Reges generis sui habuit autores. Itaq; ab vi-  
tima p̄tinus origine, clariorē maiorū fortuna  
est illustratus. Vtraq; ergo habēs, & generis am-  
plitudinē, & cīuitatis statū popularem, quo cla-  
riorutrinq; fieret, est ab vtroq; adiutus. Etenim  
ne ad iniustas opes, potentiamq; delaberetur,  
æqualitate legū prohibitus est, neue in obscura  
reliquæ plebis vtilitate delitesceret, felicitate  
generis est consecutus.

### AB EDUCATIONE.

Talibus p̄creatus, in Repub. Atheniensium,  
interq; leges educat, quæ certe optimas esse vi-  
tae magistras in cōfesso est. Inter leges autem, ar-  
maq; viuere instituēs, eruditōni, simul atque rei  
militari operā dare decreuit, nec studia armis  
deférēs, neq; arma (vt præcipuam prudētiæ par-  
tem) relinquēs, vnoq; conatu duarum diuersaū  
Nā ad leges  
armis & ar-  
malegibuso  
pus est, qd'  
significare  
volens iusti

F 11ij artium

## APHTHONII

nianus ipse artium curam habebat, coniungens ingeniorator dixit ī pariter ea, quæ natura sunt separata.  
peratoriam

### A REBUS GESTIS.

maiestatem. Ut tandem ad virile peruenit robur, occasio oportet nō nē quæsiuit pferendis eis, quæ pulchre fuerat in solū armis et ætate mediatus. Nec obfuit casus, bellūq; pro se decoratā tñnusest ortū, ipseq; res ab vniuersa gestas Græ sed legibus cia, literis cōplexus, posteritati mādauit, cōserua quoq; esse ar tor eorū, & velut restaurator, quæ bellorū dele matā, ī p̄m. uitiniuria. Nec passus est, qđ quisq; gessit, tēpo istitutionū. rū situ aboleri. Ex ipso ergo cognoscitur captā esse Platæam, scitur Atticā esse vastatam, tenet De his. Q. Atheniēsum classib; Peloponesi oras esse na curtius ini uigatas Certatū est nauali prælio apud Naupac tio lib. iiij. tō, nō est nos thucydides id passus latere. Lesbus Atheniēbus est capta; id quoq; ab ipso indica tur. Cum Ambratiotis pugnatū est, hoc & ne diuturnitas aboleret, effectit. Iudicium Lacedæ moniorū nō ignoratur. Sphaerteria & Pylos ingētes Atheniēsum labores nō latet. Concionā tur Corcyrae Athenis, Corinthijs ipsiſ contradi cunt. Aeginates vt Athenienses acusent, La cedæmona p̄ficiſcūt. Ian vero à belli cōſilio La cedemonios Archidamus absterrēs, contra Ste neleidas ad bellū ſuiciendū impellēs. Ad hæc Pericles legationem Laconicā contemnēs, neq;

## PROGYMNASMATA.

passus de fīcere animo propter pestilentia Athēniēses. Cūcta hæc Thucydidis opera, ingenioq; in omne æcum ab obliuione vindicantur.

### A COMPARATIONE.

Quis autem Herodotum illi comparauerit? Ille enim ad volup tam legētūm scripsit, hic omnia ex rebus ipsiſ, atq; veritati deprompsit. Quanto vero quod ad alienam fit gratiam, infra id est, quod fit adueritatem, tanto post se Thucydides Herodotum relinquit.

### EPILOGVS.

Erant alia quoq; permulta, quæ de Thucydide dicentur, nisi quo minus omnia diceremus, laudum suarum nobis obſtaret multitudo.

### ALIVD EXEMPLVM.

Laus sapientiæ.

### PROOEMION.

Sapientiam adipisci felicitatis est, Laudare autem pro dignitate ipsam maius est, quam vt nos tris id viribus adsequi possimus. Tantum enim illi superat gloriæ, vt cōmune quoddam deorū immortalium bonum esse credatur. Quum enī deorum vnuſquisq; velut descriptam officiū sui tueatur partē, Iuno nuptijs præfit, bellis Mars cū Pallade, Vulcanus inter ignes fabrileis suas exerceat

## APHTHONII

exerceat parteis, ducat Neptunus nauigantes, & quisquis alius aliud sibi vendicet, sapientiam in communie sibi asserut omnes, præcipue vero præ omnibus Iupiter, quato reliquis maior est, tanto omniu[m] quodque sapientissimus aestimat.

## A GENERE.

Vnaq[ue] sapientia est, quæ vel maxime æternam Ioui præstat potestatem. Et dij quidem natiuam ipsam cognatamq[ue] sibi habent, munere aut ipseorum in terras quoq[ue] delata est, & deorum filij sapientia sua maximâ humanæ vitæ utilitatem attulerunt. Qua propter poetæ laudem merentur, qui Palamedē & Nestorem, & si quis alius sapiens olim fuisse canitur, deorum fuisse filios tradiderunt. Non quidem illi vano cōmēto deorum naturam velut permutare conati, quam nondi quidem ipsi permutare possent, sed generis permixtione communicationem indicates virtutis, ut qui diuinam quadam ceteris admiratione præstarent, deorum filij crederentur. Nec immrito illorum indeos referebant genus, quorum sapientia maior, quam humana, originem videbatur adfirmare diuinam.

## A SAPIENTIAE OPE

rationibus.

Sola

## PROGYMNASMATA.

Sola autem ipsa vtrōq[ue] rerū statuæquas habet rerum vires. Nam reliquarum alia bello solum probatur, alia laudamus in pace. Sapientia vero præcipua est vtriusq[ue] temporis moderatrix. Sic in bello versatur, tāquam prorsus artium pacis ignara, sic pacem continet, tanquā nunquā agitata strepitu bellorum. Deniq[ue] tam apte vtricq[ue] se accommodat, vt in vtro horum aestimes, ei soli videatur esse dicata. Fert pacis temporibus leges, & omni tranquillitaris vtitur more, in bello vero victoriam præbet. Neq[ue] armis solum superiorem facit, sed in cōcionibus quoq[ue] præstat inuictum. Itaq[ue] & inter bellantes, & inter pacatos sola præcellit primasq[ue] sibi vendicat sapientia. Sola quoq[ue] diuinitatis proxime exprimit similitudinem, sola enim velut Deus futura proficit. Quin ipsa quoq[ue] terrā agricolis attribuit, nauigantibus assignauit mare, adeo non fruges colligere sine sapientia: non nauim, nisi sapientis gubernatoris præsidio freti, ascendere aude remus. Itaq[ue] quicquid ex hibet mare, quicquid hominum vīibus terra profert, merito sapientiae munus cuncta censem, ne coelum quidem, & si quid in ipso latet, dimisit in occulto, quantum solis se porrigit ambitus, quod spacium

spacium stellarum vnaquæq; circumscribit, ipsa  
peruestigauit. Despexit intra terras etiam, &  
quo pacto vita defuncti agemus, ipsa nobis ape-  
ruit. Troiam quā capere temporis diuturnitas  
non potuit, sapientiæ astus subegit, & vnius cō-  
filiū adepta, viuersam Persarum potentiam di-  
ssoluit. Cyclopis oculus erutus est prudenti  
Ulyssis inuento, siccq; quicquid est quo quisquam  
vincat, ab ipsa sapientia deriuat.

#### A COMPARATIONE.

Quis ergo ipsi fortitudinem comparasse velit,  
quum quicquid viribus fieri possit, ipsa etiam sa-  
pientia præstet? Adeoq; si ipsam fortitudini a-  
demeris, perse fortitudo culpanda videatur.

#### EPILOGVS.

Erant & multa alia, quæ de sapientia diceren-  
tur, nisi maiora essent, quam quæ possent modi-  
ca oratione complecti.

FINIS.

CORDVBAE.

ESCVDEBAT IOANNES

Baptista.

ANNO. MDLVI. Mense Nouembre.